tus fuerit homo i aliquo delicto: vos qui ſpūales eſtis/hmōi
inſtruite in ſpiritu lenitatis: cōſiderans teipſū ne ⁊ tu tempte/
ris. s Uir autem prudens tacebit/in publico peccatū
amici/⁊ in ſecreto coꝛriget. Uel/ Uir prudens tacebit/ad
obꝛobꝛia nō reſpōdens/ tanq̄ ſurdus nō audiens/⁊ non ha/ Pſ.37.
bens in oꝛe ſuo redargutiones. Colligit enim in ſinu patientię
cōtumelias/q̄ſi lapides pciosos: quib⁹ oꝛnabit coꝛona ſua/cū
beato Stephano i futuro. Quę em̄ diſtātia inter hos et illos
lapides: niſi q⁹ iſti quāto ſpūaliores ſunt/tanto grauioꝛes? t
Qui ābulat fraudulēter reuelat arcana/alioꝛ. i. q̄ re/
uelat arcana aliorū ſibi cōmiſſa fraudulētus eſt. De hac reue/
latione dicit Eccl̄i. xix. b. A facie verbi parturit fatuus: q̄ſi ge/
mitus part⁹ infantis: ſagitta infixa femoꝛi canis: ſic verbū in
coꝛde ſtulti. Ul'ſic: t Qui ambulat fraudulēter. i. q̄ p/
uerſe opat/reuelat arcana/ſua. Qualis em̄ in coꝛde/oſten/
dit i ope. Uñ Eccl̄i. xix. d. Ex viſu cognoſcit vir: ⁊ ab occurſu
faciei cognoſcit ſenſatus: Amictus coꝛporis ⁊ riſus dentiū: ⁊
ingreſſus hoīs enūciant de ipſo. v Qui autē fidelis
ē cęlat amici cōmiſſū. i. peccatū. Uel/ cōmiſſū. i. ſibi ſe/
crētū. Eccl̄i. xxvij. c. Qui denudat arcana amici/fidē perdit.
Unde patet q⁹ oīs detractoꝛ infidelis eſt et peioꝛ cane: q⁊ ad
deuoꝛandū ꝓximū ſuū multos aduocat: ⁊ quāto fetidioꝛē in/
uenit: tāto libēti⁹ comedit ⁊ alijs ad comedēdū apponit. Ali/
q̄ſi etiā ne detractoꝛ appareat/ſb̄ ſigillo ꝓfeſſiōis ſcelera alioꝛ
q̄ſi dolēdo narrat. Cui reſpōderi debet illō Senecę: Qualiť
ab illo ſilentiū

ab illo silentiū speras qđ tibi ipsi nō p̄stas: Ambros⁹. Tole/
rabiliores sunt qui bona nr̄a diripiunt/q̄ qui famā. a ¶Ubi
nō est gubernator: id est cōsiliator vel p̄latus vel doctor.
b ¶Oppl⁹ corruet/in bello vel in pcō. Est em̄ ꝓlus q̄si
nauis vel currus vel schola. Unde.iiij. Regl.ij.c. Pater mi
pater mi/currus israel
et auriga eius. Sicut
igit nauis sine guber/
natore perit: sic popu/
lus sine rectore corruit
in peccatum. j. xiij. a.
Ubi nō sunt boues. i.
p̄lati/p̄sepe vacuū ē:
id ē ꝓlus omi bono.
Uñ legit Exo. xxxij.
a. q̄ absēte moyse cor/
ruit popl⁹ i peccatū
idolatrię. Ibidē. f. dī.
Uidens moyses q̄ nudatus esset ꝓlus/ait: Si q̄s dñi est iun/
gat mihi. Item sicut scholę sine doctore deficiūt a ꝓfectu: sic
popul⁹ sine p̄dicatore cadit a statu ꝓficiendi. j. xxix. c. Cū de/
fecerit ꝓphetia dissipabit ꝓlus. c ¶Salus aūt vbi mul/
ta cōsilia/nō tamē multi cōsiliarij. Eccl. vj. a. Pacifici multi
sint tibi: cōsiliarius sit tibi vn⁹ de mille. Et nota quare hoc di/
cat salomō: Diterat em̄. s. eodē q̄ fraudulēter ambulat q̄ reue
lat arcana: t fidelis ē q̄ celat cōmissū. i. in secreto corrigēs: Ne
aūt putares q̄ semp̄ celari deberes/dic: Sal⁹ aūt vbi mul/
ta cōsilia. q. d. si per te solū corrigere nō vales/adhibe mul/
tos: Sed tales qui cōsulere possint: quia vbi multa consilia ibi
salus. Et hoc est qđ dicit/Matth. xviij. b. Si peccauerit in te
frater tuus/vade t corripe eū inter te t ipsum solū: t si te audi/
erit/lucratus es fratrē tuū: Si aūt te non audierit/adhibe tecū
adhuc vnū vel duos: vt in ore duoꝝ vel triū testium stet omne
ꝑbū: q̄ si ñ audierit eos/dic ecclesię. d ¶Affliget malo q̄
fidē facit ꝓ extraneo. s. q̄ a sorte sctoꝝ ē extraneꝰ. i. q̄cūq̄
excōmunicato vl' obstinato pctā sua nō corrigēti cōmunionis
gratiam concedit vel ꝑternam vitam promittit: seipsum ante
districtū iudicē vltione dignū reddit. Uel de p̄latis exponit:
qui fidem ꝓ extraneo/facit. i. ꝓ populo quē regendum
suscipit: quē nisi bñ rexerint/affligent i futuro: q̄ñ ꝓ singulis
oportebit eos reddere rationē. Unde. j. xx. c. Tolle vestimētū
eius qui fideiusserit extitit alieni: et ꝓ extraneis aufer pign⁹ ab
eo. Uel/affligetur/in p̄senti dolore t cōpassione t timore/ne
aliquem diabolus rapiat. e ¶Qui aūt cauet laqueos/
culpę rumpens eos p̄ pnitentiā. Uel/laqueos: id est sęculi
ꝓplexitates/fugiēdo a mūdo. Ul'/laqueos/ꝓmissionis: qui/
bus illaqueat se ꝑbis ozis sui q̄ curā animaꝝ suscipit. Uel/la/
queos: id ē pulchritudinē creaturaꝝ quę homīes ad amorē
suum illaqueāt. Unde Sap̄. xiij. b. Creaturę dei in odiū factę
sūt: t in temptationē animę hominū t i muscipulā pedib⁹ insi/
pientiū. Itē Guido carthusiēsis: Laqueos comedis t bibis:
et in laqueis quiescis t dormis. Hos laqueos cauet: q̄ oīa ꝓpt
christū cum apostolo reputat vt stercora: Phil. iij. b. Et q̄ hoc
facit/ f ¶Securus erit/in die iudicij: quia dicet cum petro:
Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te: quid ergo erit
nob̄: Et dicet ei dñs: Amē amē dico vob̄ q̄ vos q̄ secuti estis
me i regeneratiōe cū sederit filius homīs in sede maiestatis suę:
sedebitis t vos sup̄ sedes duodecim tc̄. Matth. xix. d. Uel/se/
curus erit. i. seorsum a cura et sollicitudine. g ¶Mulier
gratiosa. i. habens gratiā: h ¶Inueniet gloriā. i. veniet
ad glām: ad litterā: vt patet i Hester t Judith. Ul'/ g ¶Mulier
gratiosa. i. ecclesia plena charismatib⁹ grāꝝ: h ¶Inueniet
gloriā/ętnā. Uel/ g ¶Mulier gratiosa. i. quęlibet fidelis
aia: h ¶Inueniet gloriā: eo q̄ gra sit via ad gloriā. Uel
g ¶Mulier gratiosa: id est beata virgo /plena dei gratia:
ita vt nec modicū locū sibi culpa vendicaverit in ea: t intantū
1.Joh.1.b. plena vt de plenitudine eius nos omnes acceperimus. Hęc
h Inueniet gloriā: q̄ inuenit gratiā apud deū quam per/
diderat eua. i ¶Et robusti habebūt diuitias: ad litterā:
Quia cū fortis armatus custodit atriū suū/in pace sūt ea quę
possidet. Luc. xj. c. Uel/ Robusti/virtutib⁹: habebūt/in
futuro: diuitias/ęternas: quę solę vere diuites faciūt. j. xxj.
a. Cogitatiōes robusti sēp̄ i abundātia. Jō aūt robusti habe/
bunt: q̄ regnū dei vim patit t violenti rapiūt illud: Matth.
xj. b. Unde t iacob vi extorsit ab angelo benedictionē. Gen.
xxxij. f. Cōtrario oci/
osi egestatē habebūt. Ar.† et
j. xxviij. c. Qui secrat Ar.† etiam
ociū replebit egesta/
te. k ¶Benefacit
animę suę vir mi/
sericors. i. qui benefa
cit alijs/benefacit t si/ Ar.† ꝓparabit
bi. Matth. v. a. Bea/
ti misericordes tc̄. Itē
Tob. iij. b. Quomō
potuerī ita misericors
esto: Si multū tibi fu/
erit/abūdanter tribue: si exiguū tibi fuerit/etiā exiguū libēter
impartiri stude: premiū em̄ bonū tibi thesauriças in die ne/
cessitatis. Et etiā in p̄senti: quia pietas ad omnia valet/pro/
missionē habēs vitę/quę nūc ē t futurę. j. Timoth. iiij. c. Uñ
iij. Regl. iij. f. mulier sunamitis pro misericordia quam helisęo
exhibuerat/filiū suū recepit a morte. Jō aūt/benefacit aię
suę vir misericors: q̄ omnes illos quib⁹ compatit aut mi/
serēt/facit ꝓpugnatores t aduocatos ac patronos suos ante
deū. Sicut viduę t pauperes quas sustētabat drusiana/roga
bāt iohannē reuersū de exilio vt eā suscitaret. Silr Act. ix. g.
omnes viduę flentes ostendebant petro vestes quas faciebat
illis dorcas. Uel ideo/benefacit animę suę: q̄ omniū af/
flictiōibus affligit: et ideo omniū p̄miꝝ cōmunicat: q̄ si fue/ 2.Cor.1.b.
rimus socij passionū erimus t cōsolationū. Uel ideo/bene/
facit animę suę: quia alienis sordibus se lauat: alienis vul/
neribus sibi medet: et de alieno veneno sibi cōficit tyriacam.
l ¶Qui autē crudelis est: id est īmisericors vel seuerus:
m ¶Propinquos abijcit/a se. Nomīe ꝓpinqui intelligit
omis homo: sicut dicit Aug⁹. Specialiter ꝯo pater t mater:
quos q̄ abijcit a se/ꝓculdubio crudelis ē: Sicut scribę t pha/
risęi: qui docebant populū vt dicerēt patri t matri corban: qđ
est/donū quodcūq̄ ex me est tibi proderit. Marci. vij. b. Itē
j. Timoth. v. a. Si quis suoꝝ t maxime domesticoꝝ curā nō
habet/ fidem negauit/ t est infideli deterior. n ¶Impius
facit op⁹ instabile. i. peccatum ꝓpter quod ipse instabilis
est. Threñ. j. c. Peccatū peccauit hierusalem/ propterea in/
stabilis facta est. Uel omne opus impij instabile est: quia non
habet fundamentū fidei aut radicem charitatis. Sap̄. iij. a.
Adulterinę plātatiōes non dabūt radices altas. Uel/impi⁹
facit opus instabile/cōgregans sibi ꝑalia quę transeunt.
Eccl. xliij. c. Oīne opus corruptibile in fine deficiet. Uel de
p̄latis exponit: qui ędificant sion in sanguinib⁹ t hierusalē in Michee.3.d.
iniq̄tate: et ideo opus eorū instabile est. Unde Matth. xv. b.
Oīs plantatio quā nō plantauit pater meus cęlestis/eradica
bit. o ¶Seminanti autē iusticiā. i. opera iusticię/ vel ele/
mosynā/vel verbū p̄dicatiōis in terrā bonam. i. in corda pau/
perū: p ¶Merces fidelis. i. retributio ęterna. Osee. x. d.
Seminate vobis in iusticia: et metite in ore misericordię. q
¶Clemencia preparat vitam/ęternam. Et dicit Interl.
Clemencia. i. pietas. Distat aūt inter misericordiā et pietatē
t clemencię: q̄ miscōia est miseria cordis de alieno malo ꝓpte
qđ facit suū: pietas vero sua bona alijs cōicat: clemencia ꝯo
est lenitas i pęnis alioꝝ mitigādis. Uñ. j. xx. d. Misc̄ōia t ve/
ritas custodiūt regē: t roborat clemētia thron⁹ ei⁹. Seneca.
Clemētia in p̄ncipe/gloria in hostes. Ideo dicitur clementia
viā preparare: q̄ q̄ alijs clemēs existit: t de⁹ ei clemens erit.
In q̄ em̄ mēsura mēsus fuerit vnusq̄sq̄ remetiet ei: Matth.
vij. a. r ¶Et sectatio malorum mortē/p̄parat supple. s. eter
nā. Sectatio dicit/nō secutio: q̄ sectatio est mali ex industria:
secutio ex infirmitate. De hac sectatiōe dī Osee. v. c. Ephra/
im abijt post sordes. Eccl. xviij. d. Post cōcupiscentias tuas
nō eas t a voluptate auertere. s Abominabile dño cor
d 2 prauū/aliud intus

prauū: aliud intus habens: aliud foris ostēdens: Sicut cīb⁹ imundus faciēs abominationē et motū indignatiōis in stomacho: ꝛ ideo non comedit: ꝛ si aliqū comedit talis/euomit. Ūñ Apoc̄. iij. c. Quia tepidꝰ es/incipiā te euomere ex ore meo.

a Et volūtas eius in his q̄ simpliciter ambulant. i. nō dupliciter: sicut illi qui habent alterū pedem in cēlo: et alterū i terra. Pedē intellectꝰ habent in cēlo p cognitionē: ꝛ pedē affectus in terra p amorē. De quib⁹ dicit Osee .x.a. Ecc̄i.9.b. Diuisum est cor eorū nūc iteribūt. Et icidēt in illam maledictionē. Ecc̄i .ij. c. Uę qui ingrediunt viam duabus vijs. Item dupliciter ambulāt q̄ exterius speciē sanctitatis ostendūt: interius ꝓ rē ꝓitatis nō habent: sicut hypocritę: de quib⁹ dī/Matth. xxiij. c. q̄ sunt sicut sepulchra exterius dealbata: intus autē plena ossibus mortuorū ꝛ omni spurcitia. Sequit:

a et vōluntas eius in his qui
b simpliciter ambulaut. Mā-
nus in manu non erit inno-
c cens †malus: semē autē iu-
d storū saluabit. Circulus au-
e reus in naribus suis: mulier
f pulchra et fatua. Desiderū

b Manus in manu non erit innocēs malus. i. licz malus nihil opis agat exteriꝰ/tñ nō ē innocēs: quia sola mala volūtas nocentē facit et damnat. Unde Gregoriꝰ sup Job. xxxiij. Nouimus q̄ omnia districte/nō solū facta/sed ꝛ cogitata pensanť a dño: q̄d igit faciemꝰ de incessu mali operis: si sic subtiliter iudicat de gressu cordis: Aliqui libri habent sic: Manus i manu nō erit innocēs manꝰ. i. si manus sit plicata ad manū/vt nihil boni opeť: non erit innocens: q̄ nō facit bonū q̄ debet. Dis em̄ omissio nocentē facit: sicut ꝛ transgressio.

c Semen autem iustorū saluabit. i. iusti ex semine suo saluabunť. Uel/semen iustorū saluabit. i. iusti qui semp se reputāt in semine. i. in inchoatione: iuxta illud Ps̄. Dixi nūc cēpi. Et Ecc̄i. xviij. a. Cum cōsūmauerit homo tūc icipit. Hiere. ij. f. Patrē vocabis me: ꝛ post me ingredi non cessabis. Uel/semen iustorū/sunt opa bona. Et ē sensus: Semen iustorū saluabit. i. iusti ex semine suo saluabunť. Apoc̄. xiij. c. Opera illorū sequunť illos. Esa. lxj. c. Sciet in gētibus semen eorum et germen eorum in medio populor. Ps̄.72.

d Circulus aureus in naribus suis: mulier pulchra ꝛ fatua: ad litterā: id est sicut sus si haberet circulum aureū in naribus/ mergeret eum in luto: sic mulier fatua pulchritudinem vultus vel habitus cēno voluptatis īmergit: ꝛ vnde deberet laudare deū et eⁱ sapientiā: aut mirari qui sibi dedit talem speciem/inde offendit eum et impugnat. Ezech. xvj. b. Laui te aqua ꝛ emundaui sanguinē tuum ex te: ꝛ vnxi te oleo/ꝛ vestiui te discolorib⁹/ꝛ calciaui te hiacyntho/ et cinxi te byſſo/et indui te subtilib⁹/ꝛ ornaui te ornamento: et dedi armillas ī manib⁹ tuis/ꝛ torquē circa collū tuū: ꝛ dedi inaurem super os tuū/ꝛ circulos in auribus tuis/et coronam decoris in capite tuo/ꝛ ornata es auro ꝛ argento/ꝛ vestita es byſſo ꝛ polymito ꝛ multis coloribus: simulā ꝛ mel ꝛ oleum comedisti/ et decora facta es vehementer nimis: et profeciſti in regnum/ ꝛ egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam/ꝛ perfecta eras in decore meo quem posueram super te/ dicit dominus deus: ꝛ habens fiduciam in pulchritudine tua/ fornicata es in nomine tuo/ et exposuisti fornicationē tuā omni transeunti vt eius fieres. Mystice/sic: d Circulus aureus in naribus suis: id est pulchra et circūflexa locutio in sensibus stultę mentis: e Mulier pulchra et fatua: id est hęretica doctrina. Pulchra verbo: fatua intellectu. Mystice

Moraliter Moraliter: d Circulus/sacra scriptura: Unde et rota vocatur: Ezech. j. Aureus/propter sapientiam quam cōtinet. Mulier/id est doctor vel prędicator: Pulchra/verbis: fatua/operibus. Sus/doctor vel p̄dicator/luxuriosus/ gulosus/auarus. Mares suis/labia et discretio talis doctoris aut p̄dicatoris. Circulꝰ aureꝰ/ergo est/in naribꝰ suis: cū sacra scriptura est per doctrinę magisteriū in labijs praui doctoris. Et est talis mulier: id est molliter viuens: pulchra/per scientiā: fatua per malam vitam. Hi sunt nunc̄ dauid quibus

anon: id est diabolus rasit dimidias barbas: et p̄cidit vestes vsq̄ ad nates: vt eorum turpitudo non lateret. ij. Regū. x. a. Non enim sufficit diabolo q̄ doctor sit malus: nisi etiam appareat malicia' eius ad alios corrumpēdos: Jam certe intantū nititur vt doctores habeant plura beneficia: vt exemplo eorum indigni possint haberi.

g iustorꝫ oñe bonū est: ꝓstōlatio impiorū furor. Alij diuidunt ꝓpria ꝛ ditiores fiunt:
i alij rapiūt non sua: ꝛ semper
k in egestate sunt. Animā quę
l m bñdicit impinguabit: et qui
n iebriat ipse quoq̄ iebriabit.

f Desiderium iustorū omne bonum est: id est cōmune bonū. Charitas enim: vt dicit Augustinꝰ: cōmunia prorijs/non propria cōmunibus anteponit. Uel sic: Desiderū iustorū omne bonū est: id est iusti nihil desiderant nisi bonū. Sicut enim ex amore vnius boni/nō efficitur aliquis bonus: sic nec iustus est aliquis/nisi cuilibet ꝛ semp reddat quod suū est. Uel sic/ Desiderū iustorum est omne bonū: id est summū bonū: id est deus: qui est omne bonū animę: quia rationabili veritas: cōcupiscibili suauitas: irascibili glorię ęternitas. Unde moysi dicenti domino: Ostende mihi gloriam tuam: respondit dominus: Ego ostēdam omne bonū tibi. Exo. xxxiij. d. Hoc bonum desiderant iusti: quia sine eo mens humana vacua est ꝛ inquieta. Animā enim capacem deo/ nihil deo minus replere potest: vt dicit Beda/et Augustinꝰ. Dicit etiā in libro confeſ. Inquietū est cor nostrū dñe donec venerit ad te.

g Prestolatio impiorum furor: id ē dilatio siue expectatio dilatoria ab opere malo vel verbo noxio est furor: id est furoris accensio. Ex eo em̄ q̄ dęscūt ab opere extra/magis accēdunť furore intra. Ūñ Glo. Ira p silentiū clausa magis ęstuat. Uel sic: Prestolatio impiorū furor: id furor supernī iudicis prestolāt impios vt conuertanť hic: aut in futuro iudicio cōdemnenť.

b Alij diuidunt propria ꝛ ditiores fiunt. Ad litterā verum est hoc de bonis temporalibus: Non enim quis pauperior efficit si bona sua seminauerit ī manus pauperis: quę sunt ager pietatis/afferens fructum triceſimū ꝛ sexageſimū et centeſimum: Matth. xiij. c. Hecq̄ enim probabile est q̄ quis pauperior fiat si diuitias in thesaurum siue gocophylaciū tutū posuerit vbi fures nō effodiunt nec furanť. Ite verū ē hoc de sciētia ꝛ amore: quę amplius distributa/amplius augenť: vt dicit Gregoriꝰ. Unde Joh. vj. b. Quinq̄ panes fracti et distributi/duodecim cophinos repleuerūt: quinq̄ milibꝰ pus satiatis. Uel sic: Alij diuidunt propria: id ē bona sua tēporalia: ꝛ ditiores fiūt/bonis spiritualibꝰ. i Alij rapiūt non sua et semper in egestate sunt. Beda. In futuro vbi nec gutta aq̄ dabit ad refrigerandū: sic diuiti/Luc̄. xvj. f. Et hic: vbi semp auarꝰ eget. Ecc̄s. v. b. Auarꝰ nō implebit pecunia. Et. j. b. Nō satiať oculus visu: nec auris auditu impleť. Hieroꝰ. Auarus indiget tā eo q̄ habet/q̄ eo q̄ nō habet. Prętera ꝓma veritas spōsa est intellectus: ꝛ ꝓma bonitas spōsa est affectꝰ: ꝛ ideo cū alij veritati inhęret intellectus: vel alij bonitati affectus/fallit ꝛ vacuus remanet: donec ꝓmę veritati ꝛ ꝓmę bonitati fuerit sociatus intellectus ꝛ affectus. In prologo biblie ca. k

k Anima q̄ bñdicit/corde p orationē: ore p instructionē: opere p subuentionē. l Impinguabit/interius pingue/dine gratiarū et gaudio: quia p̄fectus discipulorū/gaudiū est magistrorꝫ: vt dicit Gregoꝰ. Uel ideo/impinguabit: quia eos quos doctrina sua vel p̄dicatiōe cōuertit/spūaliter mādu/cat: sm̄ q̄ dictū est petro/Act̄. x. b. Occide ꝛ māduca. m Et qui inebriat/auditores vino sacri eloquij: q̄ germiat virgines: vt dicit Zach. ix. d. Ul'leticia spiritualis ꝓsolationis: de qua dicit Ps̄. Et vinū lętificet cor hominis. n Ipse quoq̄ inebriabit/potu mꝫltiplicis remunerationis. Hiere. xxxj. c. Inebriabo animas sacerdotū pinguedine: ꝛ populus meus adimplebit bonis. Ab vino abstinere cōsulūt cōfessores diaboli: non solum sexta feria/sed semper. Sed sponsus sponsam ad potum hmōi vini inuitat/ Cant̄. v. a. Comedite amici mei Ps̄.103

amici mei ⁊ bibite ⁊ inebriamini charissimi. a Qui abscõdit frumenta: id est cibum verbi dei: sicut seruus nequam talentum sibi commissum: Matth.xxv.c. b Maledicetur in populis: id est pro illis quibus prædicando prodesse potuit damnabitur: vt dicit Beda et Gregor⁹. c Benedictio autẽ super caput vendentiũ/ frumentũ verbi dei/ p cõfessione fidei ⁊ exercitio boni operis. Ad hmõi contractũ inuitat dom⁹/ Luc.xix. b. Negociamini dum venio. Item Esa.lv. a. Omnes sitientes venite ad aquas: ⁊ q̃ non habetis argentũ prop/ pate ⁊ emite ⁊c. Eccl. xxxj.c. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. d Bene cõsurgit diluculo qui quærit bona/ quę faciat: ⁊ quibus pueniat ad regnũ cęlorum. Diluculo/ dicit: q̃ cito q̃s ꝯrit bonũ/ orit ei q̃dã lux et occidit nox: et ita diluculo cõsurgit ad vitã gratię in p̃senti: et vitam glorię in futuro babẽdã. Nec adeo tarde quis ad deũ cõuertit quin sufficiat ei residuũ tẽpus vitę quãrumlibet breue ad pagendum iter peregrinationis si velit. Unde Matth.xx.a. Denariũ receperunt qui undecima hora venerũt: sicut illi qui prima hora venerãt. Et Ben.vij.c. legitur/ q̃ noe et filij eius cum uxoribus suis in articulo diei illius ingressi sunt arcam ⁊ saluati ab inundatione diluuij. e Qui autem inuestigator malorum est: id est adinuentor nouorum peccatorũ/ vel requisitor peccatorum aliorum/ quasi oblitus suorum: f Opprimet/ ab eis quasi quadam mole. Nam sic inquirendo facit sua peccata aliena.

g Qui confidit in diuitijs suis/ temporalib⁹: nõ attendens bona futura: h Corruet/ a vita ęterna: quia cõfidit in diuitijs suis: q̃d est initi vento et arũdini/ quę cõfracta manus perfozat innitentis. Esaię.xxxvj.b. Ecce confidis sup baculũ arundineũ confractũ istũ/ sup ęgyptũ: cui si innixus fuerit hõ/ intrabit in manũ eius ⁊ perfozabit eam. Ideo monet Ps. Di uitię si affluant nolite cor apponere. Et.j. Timoth.vj.d. Diuitibus hui⁹ sęculi p̃cipe nõ sublime sapere/ nec sperare i incerto diuitiarũ. i Justi autẽ quasi virens folium germinabunt: id est in bono ꝓficient. Esaię.xliij.a. Germinabũt inter herbas quasi salices iuxta p̃terfluentes aquas. Uel ideo dicunt iusti germinare: quia semp se nouos reputant/ non maturos. Eccl.xviij.a. Cum cõsumauerit homo tũc incipit.ij. Corinth.iiij.d. Licet is qui defozis est noster homo cozrumpat: tamẽ is qui intus est renouat de die in diem. Item quasi virens foliũ germinare dicunt iusti: quia sicut folia virentia fructus in arboze operiunt ne solis ardoze lędantur: sic iusti in semetipsis per humilitatẽ opera bona abscondũt/ ne ardoze laudis humanę imatura coquant. k Qui conturbat domũ suã: id est mentẽ suam tumultibus cogitationũ: l Possidebit ventos: quia aperit eam flatibus dęmonũ quibus obstat. Uel sic: Qui conturbat domũ suam: id est mentem suam irascendo sibi ꝓpsi vel alijs: Possidebit ventos: id est flatus temptationũ ⁊ inanium cogitationũ habebit. m Et qui stultus est seruiet sapiẽti: quia probationẽ facit eum persequẽdo: sicut esau iacob. Unde Gen.xxv.c. Maior seruiet minori: Sicut instrumẽta fabrilia/ vasis fabrilibus quę per illa formant: vel sicut dapiferi seruiũt comedẽtib⁹ in mensa: Nã q̃ tribulationẽ vl̃ verbera inferũt/ dapiferi sũt patiẽtię: qui iniuriam rerum inferunt/ dapiferi sunt humilitatis: qui cõtumelias inferũt/ dapiferi sũt mãsuetudinis: Et omnibus his merces debetur a nobis quasi seruiẽtibus nobis. Un Matth. v.g. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui vos oderũt ⁊ orate pro psequẽtibus ⁊ calũniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in cęlis est. Unde beatus Bern. Quid nisi seruire dicam qui mihi caput radit: vel calciamẽta tergit: vel terram meã rotat: Capillos dicit tẽporalia: lutum calciamento/ rum/ delitias: terram/ carnẽ vel animã. Radere caput ẽ auferre tẽporalia: h cõfert hũilitatẽ. Tergere calciamẽta ẽ verbera irrogare: hoc patientiã. Terrã rotare est cõtumelias inferre: hoc mansuetudinẽ. Seruiũt etiam psecutozes: sicut illi qui afferebant salomoni aurum de ophir. ij. Parał. viij.d. Abierũt cũ fuis salomõis in ophir: tulerũtq̃ ⁊c. Un Job.xxxvij.d. Ab aqlone aurũ venit: id est a detractoze: vel q̃libet psecutoze sapientia/ si patienter sustinet. 1.Pet.4.d. ank. n Fructus iusti lignum vitę: id est merces iusti visionis christi. Ps. Filij merces fructus vẽtris. Gen.xv.a. Ego sum merces tua magna nimis. s.iij.c. Lignũ vitę his q̃ apprehẽderint eã. o Qui suscipit animas: id est curam animarũ/ propter ea quę sursum sũt suscipiat: nõ se intrudat. Heb. v.a. Nemo assumit sibi honozem: sed qui vocatur a deo tanq̃ aaron. Uel/ suscipit/ nõ emit prece vel precio. Unde beatus Bern. Qui pro se rogat/ iam iudicatus ẽ: pro quo alius rogat suscęptus sit tibi. Uel/ qui suscipit animas/ defendas vt patronus: curandas vt medicus: docendas vt doctor: pascendas vt pastor: p Sapiens est: quia fructum multiplicẽ recipiet. Et nota q̃ dicit: qui suscipit animas sapiens est: nõ dicit/ qui suscipit vineas vel domos vel reditus tẽporales. Nã qui ꝓpẽ hęc suscipit insipiens est: ⁊ tamẽ heu multi propter hoc hodie animas suscipiũt: non propter animas ista: ⁊ ideo plus curant ista q̃ animas. Si quis velit ista minuere vl̃ auferre certãt/ litigãt et appellãt/ nulli deferũt: ⁊ dicũt se p̃ iure suę ecclesię decertare. Si quis vero animas quas suscipiũt ꝓbo vel exẽplo corrũpit: ibi patientiã habẽt. Sed hęc patientia non operat probationem: sed reprobationem. Hic nulla appellatio proponit: ⁊ tamen domin⁹ potius animarũ rationem q̃ redditũ requiret. Adhuc enim venient greges ad manũ munerantis: vt dicit Hiere.xxxiij.b. Tales certe non intrant in ouile ouiũ per ostium: id est per christũ: qui dicit: Ego sum ostium: Joh.x.b. sed ascendunt aliunde: Et ideo quotquot venerũt fures sunt ⁊ latrones: quia veniũt vt mactent/ non vt saluent: vt pascant/ non vt pascant. Unde cõquerit dom⁹/ Ezech.xxxiij.a. Fili hominis/ ꝓpheta de pastoribus israel: ꝓpheta ⁊ dices pastoribus: Hęc dicit dominus deus: Uę pastoribus israel qui pascunt semetipsos. Nõne greges a pastoribus pascunt? Lac comedebatis et lanis operiebamini: et quod crassum erat occidebatis: gregem autem meũ non pascebatis: Quod infirmũ fuit non consolidastis: et quod ęgrotum non sanastis: et quod cõfractũ est nõ alligastis: et quod abiectum est non reduxistis: ⁊ quod perierat non quęsistis: sed cum austeritate imperabatis eis et cum potentia. Et tangunt in hac auctozitate septem/ quę debent prælati subditis. Primũ est pabulum p̃dicationis/ ⁊ etiã cozporalis subuentionis seu sustentationis. Secundũ/ ꝓbũ consolationis. Tertium/ verbum cozrectionis. Quartum/ dispensatio sacramentorum. Quintum/ exemplum sanctę conuersationis. Sextum/ studiũ vigilantis orationis. Septimũ/ mansuetudo affabilitatis: fm qd̃ dicit Eccl.iij.a. Congregationi pauperũ affabilem te facito. Tangunt hic duo vitia quę maxime contraria sunt p̃lationi: scz cupiditas: ibi: Lac comedebatis ⁊c. Et austeritas: ibi: Sed cum austeritate imperabatis eis et cũ potẽtia. Un Exo.xviij.d. docet ietro quales debent in p̃lationẽ ꝓmoueri. Elige inquit de omni plębe viros sapientes et timẽtes deum: ⁊ in quibus est veritas: et qui oderunt auariciam. q Si iustus: id est p̃destinatus/ vel quilibet electus/ vel innocens ab vtero vel a baptismo: r In terra recipit/ iudiciũ: s Quãto magis impi⁹/ in fide.

Ps.61. Duõ mali seruiunt bonis

Ps.126. De susceptione animarũ

Vide prelati debẽt subditis

Vitia duo contraria p̃lationi

a Et peccator/in mortib⁹:suppliciū habet recipere. Glo. Si martyres tanta patiunt iniuste: quāta tormenta manēt eorum tortores? Si iob et tobias et alij electi dei tanta in hac vita passi sunt: quid miramur si nos longe inferiores aliqua tangit afflictio? Etsi eñ impij nō sum⁹: certe si peccatores nos esse negam⁹/ nosipsos seducim⁹ et ꝟitas in nobis nō ē. j. Joh. j. d.

A Hoc ē qđ dī. j. Pet. iij. d. Si iust⁹ vix saluabit/impius ⁊ peccator vbi parebūt? Esa. xxxij. c. Super humū populi mei ascendent spinę ⁊ vepres: quāto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis. Hiere. xxv. f. Ecce in ciuitate in qua inuocatū est nomen meū/ ibi ego incipio affligere/ et vos quasi innocentes et imunes eritis? Nō eritis imunes: gladiū ego voco sup oēs habitatores terrę.

Alr. † sibi

a et pēccator? Ca. XII.

b Qui diligit disciplinā
c q diligit sciēntiā: qui au
d tē odit increpatiōes:
e insipiēns est. Qui bonus est
f hauriet † à domino gratiam:
g qui autē cōfidit in cogitatio-
h nibus suis/impie agit. Non
i rōborabitur homo ex impie-
k tate: et rādix iustorum non
l cōmouebitur. Mulier dili-
m gens cōrona est viro suo: et
n pūtredo in ossibus eius: quę
o cōfusiōe res dignas gerit.
p Cogitationes iustorum iu-
q dicia: et cōsilia impiorum
r fraudulenta. Verba impio-
s rum insidiantur sanguini:
t os iustorum liberabit eos.
v Verte impios et nōn erunt:

Expositio Ca. XII.

Qui diligit ⁊c. In fine p̄cedentis capituli monuit salomon ad iusticiā cōmendando fructus eius: In p̄ncipio autem huj⁹ capituli exhortat ad p̄udentiā: quę maxime p flagella docet ⁊ per doctrinam. Unde Eccl. xxij. a. Flagella ⁊ doctrīa i oī tpe sapia. Et Hiere. vj. b. ſm Septuaginta: Per omne flagellū ⁊ dolorem erudieris hierusalē. Sed quia non omnia flagella eruditunt/ nisi quę ex amore ⁊ patientia sustinent: Jdeo dicit: b Qui diligit/ in seipso non in alio. c Disciplinā/ verbor⁹ quę mores informant: aut verberum quę vitia castigant: d Diligit scientiā. ſ. suūpsius ⁊ dei cognitionē: q̄ ex disciplina percipit. Esa. xxviij. e. Sola vexatio tantummodo intellectum dat auditui. Jtem. j. xxij. c. Stulticia colligata est in corde pueri: et virga disciplinę fugabit eā. Jdē monet. ſ. iij. b. et apostol⁹ Heb. xij. b. Fili mi noli negligere disciplinā dñi: neq̄ fatigeris dum ab eo argueris. e Qui autē odit increpationes: id est correctiones: f Insipiens est: quia quod sapidū est: id est correctio/non sapit ei. Unde Gregor⁹ in Registro. Ego ab omnib⁹ corripi/ab omnibus emendari posco/ ⁊ solum ęstimo amicū p cui⁹ linguā ante apparitionem districti iudicis mētis meę maculas tergo. g Qui bonus est/ sentiens de domino in bonitate: nec cōfidens in cogitationibus suis. h Hauriet/ haurito/rio humilitatis: i A domino gratiā/ iustificantē vel cooperantem vel consūmantē: quia habenti dabit et abundabit: Matth. xxv. c. Habenti bonam voluntatem dabitur perfectio boni operis: vel habenti vsum naturaliū/ dabit gratia: vel habēti gratiā/ dabit gloria. k Qui autē confidit in cogitationibus suis: id est i ingenio suo: vt supbus: l Impie agit: id est contra deum: quia sibi attribuit q̄d dei est. j. xxviij. d. Qui confidit in corde suo/ stultus est. ! m Non rōborabit homo ex impietate: id est nō firmabit: quia peccatū bona naturalia corrumpit/ ⁊ gratuita p̄uat: q̄ dant animę fortitudinē. n Et radix iustorum non commouebitur: id charitas qua iusti radicati sunt in deo/ nunq̄ excidet. j. Corinth. xij. c. sed perficiet: quia ignis sion fiet caminꝰ in hierusalē: vt dicit Esaię. xxxj. d. o Mulier diligens/ corona ē viro suo: ad litterā: mulier casta ⁊ bene ac diligenter operans/ p̄ebet honorem viro suo. Mystice sic: o Mulier diligens: id est ecclesia audiens verbū dei et implens p̄ceptū: p Corona est viro suo: id ē christo. Esa. lxij. a. Eris corona glorię i manu dñi ⁊ diadema regni in manu dei tui. Al'/ o Mulier diligēs. i. plebs deuote obediens: p Corona est viro suo. i. gaudiū ⁊ gloria p̄lato. Unde Phil. iij. a. Fratres mei charissimi et desiderantissimi gaudiū meū ⁊ corona mea: sic stare. Jtē Esaię. lxj. d. Gaudēs gaudebo in domino et exultabit anima mea in deo meo: quia induit me vestimentis salutis: ⁊ indumento iusticię circūdedit me: quasi sponsum decorati cōrona: et quasi sponsam ornatā monilib⁹ suis. q Et putredo in ossibus eius. ſ. mulieris: ad litterā. r Quę cōfusione res dignas gerit: id est adulterium. Unde Numeri. v. d. Mulier si polluta est et cōtēpto viro suo adulterij rea est/ p̄trāsibūt eam aquę maledictionis: et inflato ventre cōputrescet femur ej⁹. Vel/ putredo i ossibus eius: id est viri est mulier: quę cōfusione res dignas gerit: q̄ fortitudo virorum: ad litterā p malam mulierē attenuat. s Cogitatiōes iustorū iudicia. i. iusti sedula mente dijudicāt si sua facta deo placeāt/ ne i die iudicij iuste valeant iudicari. Uñ. j. Corinth. xj. g. Si nosmetipsos dijudicarem⁹/ nō vtiq̄ iudicaremur ⁊c. Vel/ cogitationes iustor⁹ iudicia. i. ad iudicia: q̄ iusti semper cogitant de iudicio dei qualiter ei valeant respondere. Vel/ cogitationes iustorū iudicia: id est discrete discernentes inter bonum ⁊ malū/ honestum et inhonestum/ vtile ⁊ inutile. t Et consilia impiorū fraudulenta: quia de fraude consiliant obliti timoris domini. Vel blandiendo sibi seipsos defraudant inueniendo excusationes in peccatis: vel p̄mittētes sibi veniam/ vel longam vitam. De huiusmodi consilio dicit/ Gen. xlix. a. In consilium eorum non veniat anima mea. Jtem. j. xxviij. a. Utri mali non cogitant iudicium: qui autem requirūt dominū animaduertunt omnia. v Verba impiorum insidiant sanguini: p̄propio vel alieno: ad litterā: quia multi p̄opter verba sua vitam perdiderūt. ſ. j. b. Jpsi contra sanguinem suum insidiant et moliunt fraudes contra animas suas. Vel/ verba impiorū insidiant sanguini: id est impij non solum mente: sed etiam verbis machinant qualiter sanguis sanguinem tangat: id est peccatū peccato accumulet. x Os iustorum liberabit eos: in p̄senti a culpa: ⁊ in futuro iudicio a pęna. Unde Matth. xij. c. Ex verbis tuis iustificaberis: et ex verbis tuis condemnaberis. y Verte impios/ de hac vita ad mortem ęternam: ȝ Et non erunt: quia sic esse in pęna: id est i morte ęterna/ nō est esse: ⁊ sic viuere/ nō est viuere. Vel/ non erunt/ quales fuerant: quia post mortem non quę sperabant inuenient: sed spe frustrati p̄o p̄emijs tormenta recipient. Vel sic: y Verte impios: id est conuerte ab impietate ad pietatem: ȝ Et non erunt/ impij: quia conuersio impiorū mors est p̄ciosa et sancta: qua scilicet mortiūtur peccato vt viuant deo. Gal. ij. d. Uiuo aūt iam nō ego: viuit ꝟo in me christus. Vel sic/ y Verte impios et non erunt. q. d. tam subito desinunt esse impij q̄ subito vertit se homo. Ps. Vidi impiū superaltatū et eleuatū sicut cedros libani. Jtē Job. xx. a. Laus impior⁹ breuis: ⁊ gaudiū hypocritę ad instar pūcti. Vel sic: y Verte ipios/ ad posteriora eorum: hoc est ad finem ipsor⁹: ȝ Et non erunt: id est non reputabunt/ q̄uis modo appareant esse q̄tum ad anteriora sua: id est bona p̄sentia. Esaię. xl. d. Omnes gentes quasi non sint: sic sunt coram eo: ⁊ quasi nihilum ⁊ inane reputatę sunt ei. Vel sic: y Verte ipios: vt. ſ. facię habeant vbi habent dorsum: et conuersio: ȝ Et non erunt: id est desinent esse impij. Omnes eñ impij faciem habent ad bona p̄sentia: ⁊ dorsum ad spūalia. Unde Ezech. viij. f. Ecce in ostio templi dñi inter vestibulū ⁊ altare quasi viginti quiq̄ viri dorsa habentes contra templū domini ⁊ facies ad orientem: et adorabant ad ortum solis. Alia translatio habet loco isti⁹/ Verte ipios ⁊ nō erūt: Quocūq̄ se verterit sceleratus extermiabit. i. siue in vita siue in morte male ē ei: quia semp cōscientia

Ps. 36.

quia semp cōscientia remordet eum. a Domus autem iustorū permanebūt: id ē cōscientię iustorū stabiles erūt cōtra omniū temptationū genera īmobiliter pmanentes: quia fundatę sunt supra firmā petram: ita vt nec flatu ventorum: id est suggustione dęmonū superborū: vel impetu fluminū: id est cupiditate temporaliū diuitiarū: vel casu pluuię: id est carnis titillatione moueantur. Unde Matth. vij. d. Qui audit verba mea hęc et facit ea/assimilabit viro sapienti q̄ ędificauit domū suam supra petram: et descendit pluuia et venerunt flumina: et flauerunt venti et irruerūt in domū illā et nō cecidit: fūdata em̄ erat supra firmā petrā. Uel/dom⁹ iustor⁹ pmanebūt: id est ecclesia: cuius iam vna pars regnat in cęlis: altera adhuc peregrinat in terris/nunq̄ deficiet: qz arctur⁹ semp vertit et nunq̄ demergit. Et dns dic̄/Matth. xxviij. d. Ecce ego vobiscū sū omnib⁹ dieb⁹ vsq̄ ad consummationem sęculi. Et tunc regnum ad regnum veniet: et fiet vnum ouile et vnus pastor. b Doctrina sua cognoscetur vir. De christo/qui antonomasice dic̄ vir/manifestum est hoc. Joh. viij. g. Nunq̄ sic locutus est hō. Uel etiā de quolibet doctore exponit. Quia/b Doctrina sua. s. verbi et exempli: c Cognoscet/esse/vir/non mulier: si videlicet facit bona quę docet. Uel/doctrina sua: id est merito doctrinę suę: cognoscet vir: id est virtuosus doctor a domino. s. in die iudicij. Alij vo nō cognoscent: sed dicet eis: Nescio vos vnde estis: Matth. vij. d. et. xxv. a. d Qui autem vanus: id est amator vanorum/intus vacuus nō habens in se nisi vanitatē: e Et exors est: id est sine sapientia: f Patebit contemptui/omniū elector̄ i die iudicij: qz ipse virilis animi fortitudinē habere cōtępsit. Malach. ij. b. Recessistis de via et scādaliçastis plurimos de lege: irritum fecistis pactū leui dicit dns exercituū: propter qō et ego dedi vos contęptibiles et humiles oib⁹ populis. Exors dic̄ auarus: quia nunq̄ habet cor suum secum: sed semper est in arca cum pecunia. Matth. vj. c. Ubi ē thesaurus tuus: ibi est et cor tuum. Item Osee. vij. c. Factus est ephraim quasi columba seducta non habens cor. Quid mirum? Quia sup omne stercus projęcit illud. s. super aurū et argētū et hmōi. Augustin⁹. Quid em̄ aurū et argentū ē aliud nisi terra rubra/quę sola hominū auaricia fecit pciosa? Unde Eccli. x. b. Nihil est iniquius q̄ amare pecuniam: hic enim et animā suam vęnalem habet: quoniā in vita sua projecit intima sua. Item exors est luxuriosus et ebriosus. Osee. iiij. c. Fornicatio et vinū et ebrietas auferūt cor. g Melior ē pauper/pecunia vel sciētia: h Et sufficiēs sibi/vita: i Q̄ gloriosus/in diuitijs vel in verbis: k Et indigens pane: id refectione bonor̄ operū. Eccli. xix. c. Melior est hō qui minuit sapia et deficiens sensu in timore dei: q̄ qui abundat sensu et transgredit legem altissimi. Ps. Melius est modicum iusto cū. Uel/g Melior est pauper/spiritu: id est humilis vel paupertatis amator et cultor: h Et sufficiens sibi: quia tali nihil deest: Habet enim sine omni contradictione quod amat/scilicet paupertatem. i Q̄ gloriosus et indigēs pane: id est diues auarus: qui ad litterā/indiget pane. Quia vt dicit Hieronym⁹: Auaro deest tam qō habet q̄ quod non habet. Uel/g Melior ē pauper et sufficiēs sibi. i. simplex idiota parum habēs auri sapientię/et argenti eloquentię: qui inde bene viuit et inde pascit et reficit: i Q̄ gloriosus et indigens pane. i. q̄ magnus clericus gloriosus in multa scięntia: qui nunq̄ inde reficit. Tales sūt multi doctores: q̄ calcatis terrenis sitiūt: vt dicit Job. xxiij. b. Et in molēdino moziūt siti: vt vulgo dr. l Mouit iust⁹. i. ver⁹ plat⁹ habēs verā iustitiā: q̄ habet cōpassionē/nō indignationē: vt dic̄ Gregor⁹. Talis inq̄ nouit affectu et effectu cōpassiōis: m Animas. i. aialitatē. i. infirmitatē: n Jumentorū suor̄. i. subditorum suorū: quibus regēdis tanq̄ iumētis q̄latus insider. Simile Exo. xxiij. a. Peregrino molest⁹ nō eris: Scitis em̄ aias aduenar̄: qz et ipsi pegrini fuistis i terra ęgypti. Animas iumētor̄ nouit iacob cū dixit esau fratri suo/qui rogabat eum secū ire. Gen. xxxiij. c. Nosti inq̄t dñe mi q̄ paruulos habeā teneros et oues et bo/ues fętas mecū: quas si plus i ambulādo fecero laborare/morięt vna die cūcti greges.

a dōmus autem iustorū † permanebūt. b Doctrina sua † cognoscet vir: qui autē vanus et exors ē pātebit cōtęptui. c Melior est paup et sufficiēs sibi: q̄ gloriosus et indigēs pane. m Mouit iustus ānimas n ūmentorum suorum: viscera autem impiorū crūdelia. q Qui operat terrā suam † satiabitur panibus: qui autem t sectat ocium stultissimus est.

o Viscera aūt impiorū/q̄latorum: p Crudelia/sine compassiōe/sine affectiōe/sine misędia: de quib⁹ Ezech. xxxiij. a. Nō pierat nō quęsistis: sed cū austeritate imperabatis eis et cū potētia. Sed nota q̄ dic̄: viscera aūt impiorū crudelia: qz interiora quorūdā q̄latorū crudelissima sunt: exteriora vo mitissima et benignissima vident: dū affabiles et benignos se exhibēt in his q̄ ad corp⁹ ptinent procurandū: interiores autē miserias animar̄ q̄ tot iaculis cōfossę sunt/tot et tantis cōcupiscentiar̄ ardoribus exurunt/oīno nō curāt. Et magna ē valde ista crudelitas: qua pmittunt pprios filios cōfodi et exuri et non curant. Cōtra quos dic̄. j. xxiij. b. Erue eos qui ducunt ad mortē cc. Et. ē. vj. a. Discurre festina suscita amicū tuum. Est et alia crudelitas q̄latorū: qz sanguine multor̄ miliū animar̄ pascūt sanguisugā luxurię suę: ad litterā: de quib⁹ dic̄ Hiere. xxiij. c. In pphetis hierusalē vidi similitudinē adulterātiū et itermendacij. Est et tertia crudelitas. s. eor̄ rapacitas: qua tot latera subditor̄/ad litterā/nudant: vt pticas et parietes suos vestiant: ventres pauperum euacuant/vt bursas suas impleant. Furant em̄ pauperib⁹ christi crustulas et micas reliq̄ar̄ męsę ei⁹. Et de hac crudelitate dr Mich. iij. a. Audite pncipes iacob et duces domus israel: Nūq̄d nō vestr̄ est scire iudiciū: q̄ odio habetis bonū et diligitis malū: qui violēter tollitis pellē eorum desuper eos et carnem eorum desup ossibus eorū? Est etiā quarta crudelitas prelator̄: qua in stragem animarū pręficiunt cōsanguineos oīno indignos: de quibus Abacuk. ij. c. Uę qui ędificat ciuitatem in sanguinib⁹: et pparat vrbē in iniquitate. Est et quīta crudelitas q̄latorū et maior omnib⁹: qua de sanguine iesu christi: id est de bonis suo sanguīe acquisitis domos et palatia ampla ędificant et depingunt/vnde pauperes deberent sustentari. De his dic̄ Hiere. xxij. d. Uę qui ędificat domū suam in iniusticia: et cęnacula sua nō in iudicio: Amicū suum opprimet frustra et mercedē eius non reddet ei. Qui dic̄: ędificabo mihi domū latam et cęnacula spacioса: qui aperit sibi fenestras et facit laquearia cedrina/pingitq̄ sy/nopide. i. sanguine christi: sic dic̄ Hiero⁹ debere intelligi. q Qui operat terrā suam: id carnē edomat disciplinis: vel aīam suā spūalibus studijs exercet: vel plębē subditā vomere p̄dicationis excolit: r Satiabit panibus/virtutum in p̄senti: et ęternorū pręmiorū in futuro. Gen. iij. d. In sudore vultus tui vescēris pane tuo. Aliter em̄ indignus ē pane omnis q̄ nō laborat. De hoc dic̄ Eccl. xx. d. Qui operat terrā suam inaltrabit aceruū frugum: id ē altum faciet. In quo duo notant. s. copiositas frugum et sublimitas: quibus in cęlum ascendit: et cęleste horreum implet. s Qui autem sectatur ocium. i. qui laborare negligit pro salute sua et subditorum: t Stultissimus est: licz mūdo sapiens videat. Primus gradus stulticię est/bonū non facere dum licet. Secundus gradus/malū facere. Tertius/in malo se assuescere: qō est sectari ocium. Eccl. xxxiij. d. Multam maliciam docuit ociositas. Uel primus gradus stulticię est vitę proprię necessaria non quęrere. Secūdus/seipsum hostibus indefensum exponere. Tertius/hostes suos qui eum interficiant in seipso nutrire. Hos tres gradus habet qui ocium sectatur: Nam vitę spiritualis necessaria quęrere negligit: Seipsū indefensum malignis spiritibus exponit: In seipso motus carnales quasi hostes crudelissimos nutrit. Esaię. xxvj. d. Justiciam non

Ar. † saturabit j. 28. c. Eccl. 20. d.

† Multiplex crudelitas prelatorum

De gradib⁹ stulticie

Ps. 36.

Job. 10. c.

In prologo biblie ca. 8.

fecimus in terra: ideo non ceciderunt habitatores terre. a (Qui suauis est: id est sine asperitate iracundę reprehensionis. b (Viuit in moderationibus: id est propter moderatā et mansuetā correctionem/ vitam gratię in p̄senti/et vitam glorię in futuro sibi et subditis acquirit. Et talis/ c (In suis monitiōibus relinquit cōtumelias: id est abijcit a se dulciter ac suauiter monens in spiritu lenitatis p̄occupatos peccato suscipiens: sicut docet apostol⁹/ Gal. vj. a. Et Ps. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me ꝛc. Alus autē et hypocrita cū iracundia increpat. Vñ. j. xliij. a. In ore stulti virga superbię. Gregor⁹. Vera iustitia compassionē habet: falsa vo indignationē. Item Tullius de amicitia. Honere et moneri officium verę est amicitię: ita tamen vt adulatione careat admonitio: et cōtumelia careat obiurgatio. Qualiter aūt admonendū sit vnūquodq; gen⁹ hominū docet Gregor⁹ in moralib⁹ et in pastorali. j. Timoth. v. a. Seniorē ne increpaueris: ſ obsecra vt patrē: iuuenes vt fratres: anus vt matres: iuuenculas vt sorores in omni castitate. Et Eccli. vij. a. Non litiges cū homine potente ꝛc. per totum. d (Desiderium impij monimentū est pessimorū: id est memoria et recordatio. Impi⁹ enim de malorum p̄cedentium moribus loquit libenter: quia eos imitari desiderat. Vel/ desiderium impij: id est mala voluntas impij: e (Est monumentum pessimorum/ causaliter: id est ducit ad monumentū pessimorū: id est ad infernum: qđ est sepulchrū pessimorū hominū et dęmonū. Luc. xvj. d. Dorotuus est diues et sepultus in inferno. Vel/ desiderium impij/ pro quo grauiter punit: est monumentū pessimorum: id est erudimentū et admonitio aliorum pessimorum/ ne similia faciant. Unde. j. xix. d. Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Vel/ desiderium impij est monimentum pessimorum: quia suum prauum desiderium excusat p exempla pessimorū/ dicens: Sic facit ille et ille. Job. xl. c. Protegūt vmbręvmbrā eius. Vel de claustralibus exponit: qui sunt monumenta pessimorū: id est sepulchra peccatorum et prauorum desideriorū et malarū suggestionū: quas in se extinguūt et sepeliunt. In quo sepulchro dominus sepelit. Unde Joh. xix. g. Erat aūt in loco vbi crucifix⁹ ē iesus hort⁹: et in horto monumentū nouum in quo nōdum quisq; positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen iudęorum: quia iuxta erat monumentū posuerūt iesum. Vel/ desiderium impij: id est diaboli: monumētū ē pessimorū. i. interit⁹ et pditio eorū: ei⁹ est dęs et gaudiū. Bonos enim fastidit: sed de malis facit delitias suas. Unde Abacuk. j. d. Incrassata ē pars et cib⁹ ei⁹ electi⁹. Eccli. xlij. c. Uenatio leonis onager in heremo. Itē Job. xl. c. Absorbebit fluuium et non mirabit: et habet fiduciam q; influat iordanis in os eius. f (Radix autem iustorum: id est amor et desiderium/ quod in christo fixerunt: quasi radicem cordis sui. g (Proficiet/ in fructum vitę ęternę. Econtrario radix impiorum deficiet: quia in terra arida fixa est: hoc est in mundo. Sap. iij. a. Adulterinę plantationes ꝛc. h (Propter peccata labiorum/ incumircisorum. i (Ruina/ culpę et pęne: k (Proximat malo/ homini. Ps. Vir linguosus non dirigetur in terra. Multo minus in cęlo. Et intellige labiorum tam proprię q; alienorum. Sepe enim vento adulationis vel flatu detractionis siue irrisionis/ vt susurrio praui consilij/ vel iniquę suggestionis/ corruit homo: quę omnia sunt peccata alienorū labiorum: quibus liberatus iustus refert gratias deo. Eccli. lj. a. Cōfitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum saluatorē meū: Confitebor nomini tuo quoniā adiutor et protector factus es mihi: et liberasti corpus meū a perditi/

De claustralib⁹

Al. †monumentum

†Ps. 140.

Al. †angustijs j. 13. a.

a Qui suauis est viuit in mo/
b derationibus: in suis moni/
c tionibus relinquit cōtume/
d liā. Desiderū impij †mōni/
f mentū est pessimorum: rādix
g autē iustorū p̄ficiet. Pro/
h pter peccata labiorū ruina
k p̄ximat malo: effugiet aūt
m iustus de †angustia. Bē fru/
n ctu oris sui vnūsquisq; reple

p q bit bonis: et iuxta opera ma/
nuū suarum retribuetur ei.
r Uia stulti recta in oculis ei⁹:
s qui autem sapiens est audit
t consilia. Fatuus statim indi
v cat iram suam: qui autē dissi/
x mulat iniuriam/ callidus est.
y Qui quod nouit loquit/ iu/
z dex iusticię est: qui autē mentitur/ testis est fraudulētus.

one: a laqueo linguę iniquę/ et a labijs operātiū iniquitatem. Qualiter autem propter peccata proprię labiorū p̄mitur ruina malo homini/ planū est: Maxime aūt p̄ verba tactantię. Daniel. iiij. f. Nonne hęc est babylon ciuitas magna quā ego ędificaui in domum regni/ in roboze fortitudinis meę: et in gloria decoris mei: Cū sermo adhuc esset in ore regis: vox de cęlo ruit: Tibi dicitur nabuchodonosor rex: Regnum tuū transibit a te: et ab hominib⁹ eijcient te ꝛc. l (Effugiet autem iustus/ reddens deo quod suum est: et sibi et proximo. m (De angustia/ p̄sentis miserię/ vel gehennę/ vel culpę: quę tam arta est vt in ingressu eius necesse habeat vnusquisq; non solū pellem sed etiā omnia membra noui hominis deponere. Et de hoc dicit Thren. j. a. Omnes psecutores eius apprehenderūt eam inter angustias. Item Job. xxxvj. b. Saluabit te de ore angusto latissime et non habēte fundamentū subter se. n (De fructu oris sui. i. de bonę locutionis merito: o (Unusquisq; replebitur/ in futuro quādo erit vera repletio: p (Bonis/ęternis: q̄ nunq; marcescēt: si tamē facit bonū quod dicit. Unde subdit: q (Juxta opera manuū suarū retribuet ei. Nec notat/ iuxta/ęqualitatē ſ excessū: qz dominus semp remunerat bonos sup cōdignū: et punit malos citra meritum. Est aūt multiplex fructus oris. Prim⁹ est oratio. Secūdus/ confessio. Tertius/ p̄dicatio. Quartus/ laus et gratiarū actio. Quintus/ abstinētia quę reprimit gulam. Sextus modestia loquelę. Septimus/ consilium. Et de his fructibus replebit vnusquisq; bonis cęlestiū gaudiorū: si tamē vacuus per humilitatē inueniat. Nō enim helisęus infudit oleum in vasis plenis: ſ vacuis. iiij. Regl. iij. a. Et nota q; dicit: De fructu oris sui replebit vnusquisq;: non dicit de foliis oris sui. Et certe timendū est multis ne sint ficus illa foliosa sine fructu: cui maledixit dominus/ Matth. xxj. b. Sed dico q; folia cū fructu sūt: cum verba de radice charitatis per lineam rectę intentionis procedūt. r (Uia stulti: id est opera et cōsilia/ recta/ videt/ in oculis eius: ſ nō recta videt in oculis alioꝝ. j. xxvj. c. Sapiētior sibi stult⁹ videt septē viris loquētibus sententias. Sed vnde hoc? Inde: quia habet oculos incuruatos ad infima: vel obliquatos ad fauorē: vel ad odiū. i. vel ad dexterā vel ad sinistrā: et ideo curua et obliqua et recta vident. Jō talis homo nō acquiescit cōsilijs aliorum. j. xviij. a. Nō recipit stultus verba prudētię. s (Qui autē sapiens est audit cōsilia. i. acquiescit cōsilijs sapientū. ſ. j. a. Audiens sapiēs sapiētior erit. t (Fatuus statim indicat iram suā/ cōtumeliā/ p̄ contumelia vlciscēdo se reddēs. Prouenit aūt hęc festinata indicatio irę: vel cōtumeliosa rep̄hensio de paruitate cordis. Vñ ap̄lus/ Col. iij. d. Patres nolite ad iracundiā p̄uocare filios vestros vt non pusillo ānio fiant. v (Qui aūt dissimulat iniuriā/ sibi illatā: x (Callidus est. i. sapiens: Sicut saul q̄ dissimulauit cōtēptū eorū q̄ dicebat: Nūquid iste poterit nos saluare. j. Regl. x. d. Et dauid de semei. ij. Regl. xvj. b. Alia trāslatio habet: Stultus eadē hora p̄nūciat irā suā: occultat aūt ignominiā suā astut⁹. y (Qui qđ nouit loquit iudex iusticię est. i. qui dicit quę docet: pōt esse iudex iustus. Seneca. Uis sapienter loqui/ loquere quę scieris. Sic fecit dñs Joh. iij. b. Nos inqt qđ scimus loquimur. z (Qui autē mentit/ in testimonio/ testis est fraudulent⁹/ fraudē faciens auditorib⁹: qz facit eos credere p̄ vero qđ falsū est. Dicit aūt hic salomon omnē locutionē qua aliquid asserimus in testimoniū deputari: vt. ſ. omnia quę loquimur ea discussiōe examinemus/ qua testimoniū diceremus: et audiētes quasi iudices habeamus: et nosip/

sos vt testes

Multiplex fructus oris

